

**Zeitschrift:** Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum  
**Band:** - (1748)  
**Heft:** 12

**Buchbesprechung:** Nova literaria

**Autor:** [s.n.]

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

**Download PDF:** 18.10.2024

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

## NOVA LITERARIA.

TURICUM. Apud Heideggerum & Soc. pro-  
 stat: Proben der alten Schwäbischen Poesie des  
 XIII. Jahrh. Hunderts: Aus der Manneffischen  
 Sammlung. Zürich. 1748. in 8. pl. 24.  
 Præmissa est huic Libello Præfatio, in qua 1.) Hi-  
 storia ac fata aurei ac pretiosissimi Codicis mem-  
 branacei, qui in Bibliotheca regia Parisiensi sub N.  
 7266. longo jam tempore delituit, & ex quo hæc  
 Fragmenta Speciminis loco publice proposita hau-  
 sta sunt, accuratius explicantur, atque docetur,  
 Codicem hunc natales suos in ipsa hac urbe nostra,  
 Helvetiorum metropoli, nobilissimo & equestris  
 ordinis Viro, *RUEDGER MANESS*, ejusque Fi-  
 lio Synonimo, *Ecclesiæ & Capituli Turicensis Canoni-  
 co*, qui Seculo XIII. & XIII. floruerunt, debere.  
 Estque hic ipse Codex, quo olim Cl. Virum *Melch.  
 GOLDASTUM* usum esse compertum habemus,  
 & ex quo in suis *Paræneticis* plurima Specimina in  
 lucem produxit, quæ deinceps etiam in *Thesaurum  
 Schilterianum* translata sunt. Quanti fecerint hunc  
 Teutonicæ Antiquitatis Codicem, quem nonnisi  
 ex Goldasti indicio cognitum habuerunt, & quan-  
 topere editionem ejus desideraverint summi Viri  
*Josephus SCALIGER* & *Marq. FREHERUS*, id ex  
 Clarorum Virorum ad *GOLDASTUM* Epistolis  
 abunde patescit. 2.) In altera Præfationis parte in-  
 quiritur in conditionem illustrium Auctorum,  
 quorum Carmina hoc Volumine comprehendun-  
 tur: Sunt autem plerique ex hoc numero præter  
 Viros quosdam Principes, Suevi & Helvetii nobi-  
 lissimi

liffimi ac primi ordinis Viri, qui Imp. *HENRICI VI.* aulam secuti sunt. In *MSC. Codice* singulis Auctoribus, quorum in univ<sup>er</sup>sum *CXXXIX.* numerantur, præfigitur pictura miniata, quæ præter arma gentilitia singulorum studia ac mores peculiari repræsentatione adumbrant. Argumenta Carminum varii generis sunt: Invenias hic Hymnos in laudem triunius Dei, & B. Virginis Mariæ: Carmina heroica in laudes Impp. Regum & aliorum illustrium Virorum, quorsum etiam referri possunt Cantus nonnulli de Hastiludiis veterum: Cantilenas præterea Satyricas & Paræneticas, morum doctrinam inculcantes: Sunt tamen magna ex parte Carmina Anacreontica & amatoria, de Vere, Æstate, Hiemis acerbitate, de mulieribus, Vino &c. quibus vero tenerrimus affectus mille modis q. ad vivum exprimitur, ut non possis non mirari ejus ætatis homines, quos nobis ut feroces & ab omni humanitatis sensu alienos plerunque fingimus, tam delicatis Sensationibus & subtilissimis voluptatis illecebris affici & tantopere capi potuisse. 3.) In tertia Præfationis Sectione Idioma horum Poëtarum ad Analogiam Grammaticam & Syntacticam revocatur, atque observationes nonnullæ circa Orthographiam & Prosodiam adsparguntur. In fine vero Libri adjectum est *Glossarium* satis instructum.

2. Apud eundem Heideggerum nuper typis exscripta prodierunt: *J. Jakob Sprengens geistliche und weltliche Gedichte. Erster Teil.* 1748. in 8. pagg. 509. Continet hoc Volumen minuta quædam Carmina sacri profanique argumenti; in quibus nonnulla Gallico Sermone sunt conscrip-  
pta



pta : Et quidem 1.) Odas sacras XLIX. 2.) Meditationes sacras ex Abb. TETU translatas. 3.) Geistliche Sonette VII. 4.) Odes sacrées XII. 5.) Præterea Carmina heroica duo a.) An den durchl. Herzog Karl Alexander von Württemberg. b.) Berns glückseliges Regiment. 6.) Briefe. a.) Klag. Schrift wider falsche Brüder. b.) An Herrn. HofR. Drollinger. c.) An Herrn Stadt Schr. Christ. 2c. 7.) Vermischte Oden XX. 8.) Odes melées. 9.) Sonnete. Quæris, quæ ratio impulerit Clariss. Virum, ut hæc Carmina in Silvas q. collecta publici Juris faceret? Non alia fuit, quam ut aliquando constaret, quos foetus poëticos, ex iis qui nomen ejus præferant, suscipere & pro suis haberi velit. Quæris quas ipse Spes, quæ vota jam olim conceperit de successibus suis in Arte poëtica? Resp. ex Epistola ad b. m. Drollingerum jam an. 1728. exarata p. 304.

Wolan so hilff du mir in meiner Ohnmacht auf,  
Und bringe, kan es seyn, mich und den Gaul in Lauff.  
So sollt du noch an mir dein würdig Blatt erkennen;  
So soll dein Feuer auch in meiner Brust entbrennen,  
Daß Rauracis wol einst den ersten deutschen Schwan,  
Den Tellens Land gezeugt, an mir bewundern kan.

Quam prope jam attigerit hæc sua vota, meum non est definire : Saltem ego mala illa omina, quæ p. 305. Drollingero suo transcribit, nullo modo possum probare :

Ich forge nur du seyest für deinen Wahn zu kurz,  
Quid autem Clariss. Spreng de OPITIO sentiat, pro suo candore p. 311. ingenue ita profitetur :

Wie tappt und klappt der Boberfelder,  
Wenn er nach Davids Spuren kreucht,  
Und durch des gähen Hermons. Walder



Ein jüdüendeutsches Liedgen leicht!  
 Und brauchet Roms geheimste Bahn;  
 Und an der Aganippen Strande  
 Hat mancher Kausch ihm wol gethan,  
 Nur ist er fremd in Kanaan,  
 Und bleibt bey trockenem Verstande  
 Am Brunne Sihons und Jordan.

Quod si vero quis hoc Cl. Viri judicium in dubium vocare, aut vel minimum ei detrudere auct, eum in nota subjecta invictis, quamvis arcanis, summorum Virorum (die in Kanaan zu Hause sind) auctoritatibus ita refellit, ut non possit non sine famæ dispendio huic ejus judicio asfurgere.

3. Apud *Huldr. Denzlerum* vænum proponitur Pars II. Lexici Helvetici universalis, quod ab amplissimo Polyhistore J. JACOBO LEO adornatur: *Allgemeines Helvetisches Eydgenössisches oder Schweizerisches Lexicon: In Alphabetischer Ordnung vorgestellt von Hans Jacob Leu. II. Theil. B. bis Be. 1748. in 4. pl. 40.*

4. Litteris Orellii & Soc. cura J. J. B. Linguæ Græcæ Prof. P. publicatæ sunt: „ Eclogæ ex „ optimis Græcis Scriptoribus, ad vitam Studio- „ sæ Juventutis informandam: Cum interpretan- „ di Subsidio quam potuit emendate propositæ. „ Tur. ci. MDCCXXXIX. „ in 8. pl. 24. Comprehendit autem sequentia opuscula: 1.) LU- CIANI Somnium, seu de dilectu vitæ. 2.) CE- BETIS Tabulam. 3.) ISOCRATIS Parænesin ad Dæmonicum. 4.) PLUTARCHI libellum de Arte audiendi, seu quomodo cum fructu audiendi sânt, qui recta præcipiunt. 5.) THEOPHRASTI  
 nota.

notationes morum. Adjectæ sunt græco textui Doctorum Virorum Annotationes, quæ lectionem græcam emaculant, aut confirmant.

5. E prælo Orelliano prodiit Opusculum, quod varia ad publicam Lectorum instructionem & delectationem colligit, & per partes continuabitur, de quo omnino valet illud antiquum: *In eodem prato bos herbam quærat, canis leporem, ciconia lacertam.* Titulus ita habet: **Die neueste Sammlungen vermischter Schriften. Erstes Stück. 8. 1748. pl. 10. c. f.** In præfatiuncula Opusculo præfixa monet Cl. Editor, spectari posse istum Libellum, tanquam continuationem eorum, quæ in Annis 1741. & 1742. sub inscriptione: **Vermischte Sammlung alter und neuer Merckwürdigkeiten** per partes edita sunt; cum quibus etiam conjungi possit libellus superiore anno præcipite publicatus sub titulo: **Freymüthige Gedanken über ein freundliches Gespräch, betreffend die in Lobl. Canton Lucern der Religion halben entstandene Bewegungen.** Complectitur autem I. hæc pars novæ hujus Collectionis 1.) **Herrn Johannes Eberhards, reformierten Predigers in Speyer, Send-Schreiben an die Hochwürdige Theologische Facultät in Heidelberg.** 2.) **Der Theologischen Facultät Responsum über zehn vorgelegte wichtige Fragen das H. Lehr-Amte betreffend.** 3.) **Schriftmässige Betrachtungen über einige Eigenschaften Gottes in einer Ode von F. v. H. Mit critischen Anmerkungen über die Schönheiten dieses Gedichtes und die Quellen derselben.** 4.) **Beweis, daß das Bibel-Verbott bey den Catholischen nicht nur nicht allgemein sey, sondern daß sich so gar einiche Geist-**



Geistliche unter ihnen desselben schämen. 5.) Send-Schreiben des Herrn von Watteweil von Landsbut an Herrn de Bochat von Lausanne, über die Abstammung der Herzoge von Züringen, wie auch verschiedene besondere Stücke der Schweizerischen Geschichte. 6.) Send-Schreiben an Herrn Joh. Georg Sulzer / Prof. der Mathematik in Berlin über einiche Mechanische Erfindungen. 7.) Auszug und Beurtheilung des Lobs der Herren von Saren / bey der Ankunft Ihr Exc. Herrn Otto Zwier von Saren in Zürich besungen von Daniel Feer von F. 8.) Die Dole und der Mensch: Eine Fabel. 9.) Auszüge aus dem Journal Helvetique de Neufchatel. 10.) Gründliche Nachricht von dem obnfern Basel geschehenen entsetzlichen Wolkenbruch, wie auch den wunderbaren Wirkungen des Strahls an der St. Theodor Kirche zu Basel. 11.) Allerhand Einfälle zur Erleuchtung und Erbauung.

6. Disertationes Academicæ sequentes prodierunt:

1.] Disertationis theologico-exegeticæ in adhortationem Apostolicam de non negligendo usu Gratiae divinæ in Epist. ad Hebr. Cap. XII. v. 15. 16. 17. Pars posterior: Præsidente ac Auctore Viro Clariss. J. JACOBO LAVATERO, S. Theol. Prof. P. ad disputandum proposita Studiosis X. pro consequendo Examine theologico. 1748. 4. In hac Disertatione id imprimis agit Vener. Lavaterus, ut ostendat, quo modo Esavus exemplum & imaginem τὸ πόνος καὶ βεβήλος exhibeat; & quo modo deinceps v. 17. Adhortationem suam Apostolus confirmatam dederit; ubi etiam declaratur, quo-



quomodo hoc Apostoli enunciatum cum Pauli sententia ad Rom. IX: 11. 12. 13. in concordiam revocari debeat. In annexis vero Corollariis Sensus suos circa Sacramentorum virtutem planissime hunc ad modum explicat: §. X. *Cum dicimus Sacramenta esse Signa & Sigilla Gratiae divinae, nihil aliud volumus, quam illa vi Institutionis divinae Promissionem Gratiae, in Verbo Evangelii credentibus factam, sub visibilibus Signis ac Symbolis evidenter declarare, & quod rata sit illa divina Promissio, confirmare.* §. 11. *Ergo non sunt Signa & Sigilla Gratiae divinae hoc Sensu, quod ipse Usus Sacramentorum tibi, vel mihi, vel alii cuicumque Fidei fidem faciat, ipsum Remissionis peccatorum, & caeterorum Fœderis Gratiae bonorum reapse participem esse factum, pariter ut nec Causae sunt, vel Media Gratiae divinae conferendae.* §. XII. *Hoc enim ut quis certus sit, Promissionem Gratiae divinae ad ipsum singulatim ita pertinere, ut Bonorum promissorum reapse particeps sit factus, non a vi & efficacia Sacramentorum, sed unice a Sensu atque Experientia Fidei pendet. Et Σφραγίς, Sigillum, quo Certitudo illa in Fidelibus magis confirmatur, est Spiritus S. quo Fideles obsignantur, qui etiam est ὁ Ἀρραβὼν, Arrha & Pignus hereditatis nostrae Eph. I: 13. 14. „ Ut vero constet, hanc perpetuam fuisse Ecclesiae nostrae doctrinam de vi & efficacia Sacramentorum, lubet hic quaedam excitare loca ex Catechismo majore LEONIS JUDÆ, in quibus hunc vulgi errorem quoque dedita opera impugnat ac refellit. pag. XCV. De Sacramentis. Junger. Lieber Meister leg mir vß vnd gib mir eigentlich zu verstou, was doch Sacrament heisse oder seye? Leermeister. Es sind vil einfaltiger Menschen, so sy diß Wort hörend nennen,*  
ver.

vermeynend sy es seye ein Ding, das uns die Sünd  
 abnehme, und vns heilig mache, oder das vns  
 Reinißkeit, Frommkeit und Heiligkeit gäbe. Jun-  
 ger. Also hab ichs ou gehalten. Leerm. Allein die  
 Gnad Gottes durch Christum vnd syner Geist gibt  
 Reinißkeit und Heiligkeit; Kein vfferlich oder lyb-  
 lich Ding wäder im Himmel noch vf Erden. Da-  
 rumb die gar wyt irrend, die den vffern Zeichen  
 oder Sacramenten zugäbend Versicherung oder Ver-  
 gewißung des Gloubens in der Seelen. Item p. CIII.  
 b. de S. Coena: Das wäsentlich in dem Nachtmal  
 ist den Tod Christi mit dankbarem Gmüt zebeden-  
 ken, zeloben, zeprysen vnd vßgekünden. Brodt  
 und Wyn sind heilige bedeutliche Zeichen, die vns  
 daran manend vnd vns des erinnerend, tragend vns  
 sollichß für. Dann so Brot und Wyn do für vn-  
 ser Dugen gestellt vnd den vffern Sinnen fürgeleit,  
 ouch herumgetragen vnd vßgeteilet werdend, wer-  
 dend nit die vffern Sinn häßtig bewegt? reicht nit  
 sollichß ouch zu etwas Fürderung dem innern Gmüt  
 vnd der innern Trachtung? Denique p. CV. b.  
 Also ist nun das Nachtmahl Christi nit anders  
 dann ein herrliche, hochzytliche, fröliche Zämenkun-  
 mung der Gloubigen, in dären sy den Tod ires  
 Heylands Jesu Christi bedenkend, Lobend vnd vß-  
 kündend, vnd Gott dem Vater vmb den Tod syner  
 Suns, mit dem sy sich gloubend von dem ewigen  
 Tod erlößt syn, Lob vnd Dank sagend. In welt-  
 cher Zämenkummung vnd Danksagung ie einer sich  
 dem andern mit dem vffern Nessen vnd Trinken an-  
 zeigt, bezeugt vnd darstellt, daß er sye, der war-  
 lich gloube, daß Christus Jesus für in gestorben  
 sye, daß er Jesum Christum allein für syner Hei-  
 land



land habe, daß er Ablass der Sünden allein in seinem Blut suche.

2.] Meditatio de pia & circumspecta in tradendis Sauctoribus Disciplinis sectanda *Simplicitate*. Pars prima: Quam placido eruditorum Examine subiecit J. JACOB. ZIMMERMANNUS, S. Theol. Prof. Reg. Boruss. Soc. Scient. Membr. Respondente *Georgio Schulthessio*, V. D. M. & Assumente *Andr. Wegmanno*, S. Th. Stud. postridie Synodi autumn. 1748. in 4. pl. 5. In hac Disertatione postquam Vir Clarissimus scopum suum explicasset, ac nonnulla veterum & recentiorum de hujus argumenti dignitate enunciata excitasset, eademque necessariis quibusdam observationibus dilucidasset, quid *Simplicitatis* Theologicae nomine intelligat exponit; ac deinde falsis de obtinenda hac *Simplicitate* methodis, quas *Deistae*, *Sociniani*, *Indifferentistae*, *Heerenhutenses* &c. jactitant, repraesentatis ac rejectis, ostendit quantopere *Christus* & *Apostoli* dictis factisque hanc virtutem commendarint: Et quum *Simplicitas* alia sectanda sit in verbis seu stilo, alia in rebus, de *Simplicitate* stili quaedam praemittuntur, ipsaque Disertatio disquisitione de Stilo quem vocant biblico & de demonstrativa Theologiam tradendi methodo concluditur.

3.] Disertatione Logica Vim Argumenti quod a Consensu multitudinis duci solet, expendit J. JACOBUS BREITINGERUS, Ling. Graec. Prof. Quam pro consequendo Examine philosophico alternis oppugnarunt propugnaruntque Decuria Candidatorum S. Ministerii. Turici. 1748. in 4. pl. 3.



7. In Actis Ecclesiasticis Vinariensibus Part. LXIX. n. IV. p. 424. seqq. habetur Notitia de quarta, ut vocant *Communione* in Ecclesiis Helvetiæ reformatæ, incerto Auctore: quam sine castigatione dimittere non possum, quia partim quædam aperte falsa, partim frivola nonnulla & iniqua tradit: *Falsa*, 1.) quod obscurus ille auctor confidenter perhibet, quasi consilium illud de recipienda quarta, longo illo, quod inter Pentecostes & Nativitatis Domini Festum decurrit intervallo, Communione Sacra, a Ministerio Ecclesiæ Turicensis potioribus suffragiis fuerit rejectum, additis frivolis suspicionibus de rectiore futuræ ætatis sensu. 2.) Quod in Annotatione p. 426. subjecta, ea quæ in titulo Dissertationis Clariss. Theologi ZIMMERMANNI parenthesi inclusa repræsentat, ita accipit, quasi ab ipso Clariss. ZIMMERMANNO profecta in ipsius Dissertationis frontispicio inserta legantur, eademque ad ejus Orationem *de Præcellentia Eruditionis Theologicæ mentium cælo receptarum* referenda esse temere affirmat. *Iniqua* vero & malignæ interpretationis hæc sunt obscuri Auctoris glossemata. 1.) Quod quum Clariss. *Zimmermannus* articulos & formulas inter Protestantes receptas pro infallibili Scripturas interpretandi norma non admittendas esse censet, ipse hæc maligne ita interpretatur, quasi non æque *Concordiæ Formulam*, sed tantummodo Synodi Dordracenæ decreta & Formulam Consensus Helv. respexisset. 2.) quod beatos *Viros Werenfelsium & Turretinum* in suspensionem adducit, quasi in Doctrina de Prædestinatione communem & receptam in Ecclesiis nostris Sententiã, verbis aut scriptis dedita opera publice impugnaverint. Discat ergo ille Auctor quisquis

est, candidi & veritatis studiosi Historici non esse frivolis suspicionibus indulgere ac de aliorum reconditis animi sensibus temere iudicium ferre: Profecto ex Historia ecclesiastica eliminanda essent omnia, quæ non aliam veri speciem aut fidem habent, præter eam, quam ab huiusmodi formulis, **Vielleicht; Mich deucht: Ohne Zweifel** zielet er etc. accipiunt.

8. Quum exteri plerique, nescio quam inepte, in ea perseverare videantur opinione, quasi Nova Litteraria, quæ hebdomodatim sub titulo **der Freymüthigen Nachrichten** hic apud nos publicantur, a duumviris amicissimis, Clariss. *Bodmero* ac *Breitingero* aut in universum, aut maximam partem, curentur aut ab iis proficiantur; non possum ipsis rogantibus deesse, quominus eorum nomine hic publice ac serio profitear; eos hanc opellam tantum non se indignam reputare, neque etiam posse a quoquam citra injuriam in hanc suspicionem vocari: adeoque nihil ad se pertinere, sive iudicandi atque etiam cavillandi licentia gratiam mereantur, sive odium & indignationem aliorum incurrant ejus Auctores, quicumque fuerint.

9. Vir Clarissimus J. GEORGIUS SULZERUS, Matheseos Prof. Berolin. dedit nobis translationem vernaculam Libri solidissimi de Historia & fide Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, anglice conscripti a *Gilb. WEST*, sub hac Epigraphe: **Gilbert Wests Anmerkung und Betrachtung über die Geschichte der Auferstehung Jesu Christi, und derselben Zeugnisse. Aus dem Englischen übersetzt.** 8. Berlin. 1748. Constat nobiliss. hujus Libri  
bri



bri Auctorem quondam Deistarum & Naturalistarum partibus favisse, immo eorum castra esse secutum: At hoc Libro testatum facere voluit, quod nonnisi post serium Veritatis examen Religionem christianam vere ex animi convictione fuerit amplexus.

BERNA. Prodiit hic SIGISM. LUDOVICI LERBER Prælectio de *Fontibus Juris patrii*, in celebri Bernatum Academia pro Cathedra Juridica vacante habita d. XXVII. Maji. MDCCXLVIII. 4. pl. 6. Inquisiturus Nobiliss. Auctor in fontes Juris patrii, h. e. ejus Juris, quod huic Civitati proprium est, recte ejus principia ab ipsis Urbis initiis repetenda censet. Atque primum ejus fontem nobis indicat in illo Legum Codice, quem *die Handveste der Stadt Bern* vulgo, latine vero *Auream Bullam*, appellitant: cujus Auctorem celebrant Fredericum II. Rom. Imp. qui Francof. ad Mœn. XVII. Kal. Maji MCCXVIII has Leges tulit; quarum pro diversa temporis ratione varia auctoritas, varia fata fuerunt. Successit sub initia Sec. XVI. novus Legum Codex sub nomine *der alten Stadt-Satzung*, qui an. MDXXXIX. publice est promulgatus. Ex hoc dein propagatus est Codex ex antiquo jure tralaticius, qui an. MDCXV. cum inscriptione: *Der Stadt Bern verneuerte Gerichts-Satzung*, in vim perpetui Juris typis excipit ac publicatus est. In altera vero Orationis parte Nobiliss. Auctor id agit impense, ut ostendat, Jus hujus Civitatis nihil continere, quod ex Jure Romano fuerit acceptum aut translatum, nihilque quod non propriam & Germanicam originem redoleat: Quapropter p. 33. ita concludit:



*Quod cum ita sit, nemo unquam Jus patrium feliciter interpretabitur, nisi qui neglecto Juris Romani usu, ad Patrios mores, tanquam ex quibus nostra omnia promanarunt, totam se converterit. Et p. 39. Jus patrium nonnisi ex patriis institutis rite explicari potest. Ex Orationis vero colophone cognoscimus suprema auctoritate delectum ac constitutum esse Ampliff. Virorum Consilium, quibus hoc negotium datum fuerit, ut de reformando Jure patrio, deque condendo novo Legum Codice deliberationem susciperent. Si cui leviculum hoc argumenti & tractationis indicium salivam moverit, eum non pœnitabit adire ipsam Orationem.*

2. JO. JAC. SALCHLINI, S. Theol. in Acad. Bern. Prof. O. Biga Prælectionum, quarum prior valedictoria, habita in Acad. Lausannensi, in qua tractatur Quæstio: *Num Minister Evangelii legitime ad Parochiam vocatus gregi suo charus, post brevius in Parochia commorationis tempus, salva conscientia aliam ambire possit?* Posterior Inauguralis in Acad. Bernensi, de *Vocationis internæ ad Evangelii Ministerium characteribus, Ejusdemque in Pastoralis muneris exercitio salutaribus effectis.* Bernæ. 1748. 4. pl. 13. In priore Oratione Venerandus Salchlinus primum ostendit, frequentiores ejusmodi de Parochia in Parochiam migrationes non esse temere suscipiendas. In altera verò parte enumerat certos quosdam casus, in quibus ejus generis ab officio ad officium transitus non tantum liciti & legitimi, sed & Ecclesiæ utiles esse possint. In posteriore autem Oratione, postquam Vocationem internam, ejusque characteres prolixè exposuisset, tum verò salutare hujus Vocationis in administrando munere pasto-

pastorali effectus ac fructus repræsentat. Tu benevole Lector, contemplare in hoc speculo præsentis seculi mores, & cognosces quantum plerorumque, qui Doctores populi audiunt, consilia & studia, a rectis præceptis dissideant, atque mirari etiam desines, qui fiat, ut non majorem fructum ex Ministerio ac Doctrina Evangelii percipi doleamus usque.

3. Debemus curæ ac providentiæ Clariss. ALTMANNI pro commodis rei Scholasticæ ac solidæ eruditionis, Libellum, quem novissime *Heideggerus* Turici suis litteris excusum publicavit sub titulo: *Uuserlesene Gedanken aus den Schriften des M. T. Cicero / zum Gebrauch der Schulen zu Paris zusammen getragen von Hern. Abt d' Olivet, und mit Anmerkungen erläutert. Zürich. 1748. in 8. pl. 15.* Dubium nullum est, quin tractatio hujus Libelli adolescentibus omnis generis studium Lingvæ Romanæ multo commendabilius reddere possit: & quæ copiosæ satis adpersæ sunt annotationes ita sunt comparatæ, ut legentium studium non sine voluptate retinere possint.

4. Vir nobiliss. & consultiss. SIGISM. LUDOVICUS LERBER ad d. XVIII. Novembr. MDCCXLVIII. collatam sibi ab Illustri. Reip. Proceribus Juris Naturalis & Civilis in Academia Bernatum Professionem solenni Oratione *de Vita beata* adiit.

5. Ferunt Clarissimum Virum SAMUELEM KOENIG, Matheseos Prof in Acad. Franequer. a Celsissimo Principe Arausiaco GUILIELMO IV.



lautissimis Stipendiis evocatum , ut in nova Academia equestri Hagæ. Comitum instituenda Professoris Matheſeos & Academicæ Directoris munus susciperet.

BASILEA. Præcipite superiore anno publice in illustri hac Academia proposita est Disſertatio inauguralis pro summis in utroque Jure honoribus consequendis *de Notariorum Origine, Habilitate & constitutione*, a REINH. BRUCKNERO, Basil. Notar. Imperial. in 4.

2. Pro Sede Mathematica, quam illustris JOANNES BERNOULLIUS, Pater, insignis Gentis & familiæ decus, hæctenus occupaverat, morte autem sua, quæ in his Viris nunquam non præmatura est, vacuam reliquerat, quinque Candidati nomina sua sunt professi, atque propositis ad disputandum Speciminibus de hac Sparta ambitiose inter se decertarunt. Primus in scenam prodiit Vir Cl. LUDOVICUS WENTZ, J. V. L. qui ad d. XXVII. Aug. MDCCXLVIII. *Rationem & emendationem Structuræ artificiosæ Machinæ LAHIREANÆ, Ecclipsium Solis & Lunæ scrutinio aptæ*, cum annexis ex variis Matheſeos partibus desumptis, Speciminis loco proposuit. 2.) Secundus fuit Juvenis Literatiff. JO. JACOB. D'ANNONE, J. V. Stud. qui *Solutionem tergemini Problematis Arithmetici, Geometrici & Astronomici ad d. XXX. Aug. e. a. examinandam dedit*. 3.) Tertius erat Vir Juvenis præstantissimus J. RODOLPH. STEHELINUS, Medic. Cand. qui Disſertatione physico-mathematica egit de *Elasticitate Aëris in variis Atmosphæræ locis*, ad d. III. Sept. 4.) Quartus fuit Vir eximius  
JAC.



JAC. CHRISTOPH. RAMSPECK, Philos. & Medic. Doctor, qui *Specimen Thesium Mathematicarum* ad d. VI. Sept. examini Competitorum subjecit. 5.) Postremus denique periculum subiit Vir Reverendus JACOBUS BASLER, S. M. C. qui itidem varias *Theses mathematicas* d. X. Sept. ventilandas proposuit. Eadem die hæc provincia Viro peritissimo atque literatissimo J. CHRISTOPH. RAMSPECK, sorte obtigit: qui mox deinde eandem cum Eloquentiæ Cathedra, quam hæctenus JOANNES BERNOULLI, JOANNIS Fil. ornavit, intercessione Senatus Academici, haud iniquo animo commutavit, ut BERNOULLIUS paternæ virtutis ac eruditionis hæres solidam paterni muneris hæreditatem adire posset: cui Senatus Amplissimus omnia, quibus Pater hæctenus perfruebatur, *πλεονεκτήματα* conservari voluit, ut civem paternæ famæ æmulum Academiæ usibus retineret atque asfereret.

3. V. Cl. J. JACOB. SPRENG, Eloq. Teuton. Prof. extraord. & in Orphanotroph. Pastor, ad d. XXIX. Aug. memoriam insignis illius cladis, qua ad d. 26. Aug. MCCCCXXXIII. ad Div. Jacobum prope Basileam parva Helvetiorum manus, vix MCC. militum, ingentes hostium Gallorum, Anglorum & Germanorum copias quas ad 60000. auctas fuisse commemorant, inaudita hæctenus virtute profligarunt, atque post reportatam geminam de hostibus victoriam, de iis triumpharunt, teutonica Oratione in Auditorio Theol. æstivo, quod cum summo Urbis Templo conjunctum est, in magna hominum frequentia publice recitata celebravit: hancque panegyricam Orationem mox

deinde sub hujusmodi inscriptione publici juris fecit: Ehren- und Sigismahl der zwelfhundert Eidsgenossen, welche den 26. Augstm. 1744. in der Schlacht bey St. Jacob vor Basel, geblieben, vermittelst einer feyerlichen Gedächtniß-Rede, in Hochansehnlicher Versammlung aufgerichtet von Joh. Jacob Sprengen / der D. G. in Bern und Leipzig, wie auch der Helvet. Gesellschaft in Basel Mitgliede. Basel. 1748. in 4. maj. Vix autem lucem adspexerat hæc Oratio, quum publica auctoritate fuit suppressa, quod Heroum suorum laudes cum fidelissimorum Sociorum infamia videri poterat improvide ac temere conjunxisse. Dedit etiam in hac Oratione insigne specimen affectati Puritanismi Teutonici, quum *Thermopylas* in *HerfulsBaden* transmutavit: quod si pari modo in reformandis nominibus topicis pergere velit, multum operæ restabit.

4. Hic quoque lucem vidit publicam Disertatio erudita JO. PHILIP. KELLING, Laoduno-Palatini *de Fato Christiano*. Typ. Vid. Jo. Christ. 4. pl. 3. sed ea nunquam publice ad ventilandum proposita est.

SCAFHUSIUM. Hic apud J. Adami Ziegleri Viduam prælum reliquit Carminum Teutonorum Sylloge: sub titulo: *Deutsche Gedichte, von Johann Conrad Peyer / des grossen Raths. Schaffhausen*. 1748. in 8. pl. 17. Continet ista Sylloge varii generis & argumenti Carmina, quæ in sequentes Classes sunt distributa: 1.] *Geistliche Gedichte*. 2.] *Satyrische Gedichte*. 3.] *Bermischte Gedichte*. 4.] *Trauer Gedichte*. 5.] *Ver.*



**Verliebte Gedichte.** Inter Carmina Sacra p. 59.  
 occurrit Betrachtung über ein Korn-Feld, quo Brockesium feliciter æmulatur, & tantum non æquat:  
 dabo Speciminis loco ista:

Eh noch der Sonnen goldnes Licht  
 Die braune Nacht, mit ihren feuchten Düsten,  
 Nach den verborgnen Klüften,  
 Als den besiegten Feind, hat weggewiesen:  
 Und ehe sie, mit strahlendem Gesicht,  
 Durch die vereinten Wolken bricht;  
 Damit sie Berg und Thal beglänze,  
 Und so den Schmuck der weiten Welt,  
 Mit Kraft und Schimmer neu ergänze;  
 Eh, sag ich, als der Tag ins Auge fällt;  
 So eilet schon mit zischendem Gefieder  
 Das leichte Heer der Luft hernieder,  
 Und flieget um die Felder hin und wieder:  
 Wobey der Vögel nüchtere Kählen  
 Des Schöpfers Ehre laut erzählen:  
 Wie wenn ein junges Kinder-Heer  
 Des Morgens früh mit frohen Minen  
 Vor einem frommen Vater-Heiz erscheinen,  
 Und stammellende befließen war,  
 Vor sein erbarmend Angesicht  
 In kindlich-treuer Zuversicht,  
 Und froher Ehrfurcht hinzutreten,  
 Von ihm das Morgen-Brod zu bethen;  
 So will der Vögel Morgen-Liede  
 Das Frühstück auch von Gott erslehen;  
 Auf dieses wird ihr Fleiß nicht müde,  
 Dem angebohrnen Amt durch Fliegen vorzustehn.  
 Sie suchen zu des Schöpfers Preise,  
 Und finden auf dem Feld die schon bestimmte Speise.  
 Ein jeder hüpfet und fliegt,  
 Bis er ein Körnchen kriegt,  
 Der will, von Halm auf Halm, von Zweig auf Zweig  
 ge springen.  
 Der einte will sein raschendes Gefieder

Bis

Biß an die Wolken fröhlich schwingen:  
 Ein andrer senckt sich nieder,  
 Und klimmt, und hüpfet, und flieget wieder.  
 Der einte kan ein Körngen biken,  
 Ein andrer kan ein Hälingen pflücken  
 Um ein Gebäu, das ist, ein künstlich Neste,  
 Mit nettem Fleiß, außs allerbeste,  
 Für Bruth und Jungen anzubauen,  
 Und denn, der annoch zarten Zucht,  
 Die reiffe Frucht,  
 Zur Nahrung vorzukauen. &c.

Inter Satyrica Carmina sequentia numerantur: 1.]  
 Lob des Land-Lebens. 2.] Wider die Kleider-  
 Bracht der Männer. 3.] Nachahmung der XIII.  
 Satyre Juvenalis. 4.] Wider die Satyren. 5.]  
 Abschied an die Musen. 6.] Der Pharisaer, an  
 Herrn Diaconus und Professor Surter. In ultima  
 hac Satira Episcopum Zinzendorffum ita ad vivum  
 inducit ac repræsentat:

Ja ja, fängt S = = mit sanftem Lächlen an.  
 Ein Pietiste schleicht verwirrt auf falscher Bahn:  
 Was soll ein stäter Kampf und thranendes Casteyen  
 Die zarte Weibergen erschrecken und verschueen?  
 Zu mir, ich, ich versteh, wie man gen Himmel jagt,  
 Mein Freund, das Lamm, hat mir das Ding ins Ohr  
 gesagt.  
 Glaubt nur; so ist's gethan: Glimmt einst des Glau-  
 bens-Zunder,  
 So werfft, in tapfrer Eil, den schwarzen Sünden-Pluns  
 der,  
 Und alle Kummer-Last dem Heyland in die Schooß.  
 Getrost! was weinet ihr? D sein Verdienst ist groß!  
 Glaubt; so wird nach und nach die sanfte Busse steigen;  
 Und endlich, ohne Zwang, den alten Adam beugen;  
 Wächst schon die Sünden-Schuld: Seyd dannaoh wohl-  
 gemuth:  
 Glaubt, Sünder! Kommt zu mir. Wohin? Nach S = =  
 So



So prahlte Z = = mit falscher Hirten = Flöthe:  
 Wie Bartas jener Arzt und freche Harn = Propheete:  
 Kommt, Leute! zeigt den Harn; die Fehler seh ich klar,  
 Ich bin ein Wunder = Mann; ich steche ja den Staar,  
 Ich schenke das Gehör; ich werde Kraft und Leben,  
 Anf hundert Jahre hin, in letzten Zügen, geben:  
 Ein Boerhav weichet mir, denn ich verstehe mehr  
 Kauft, Leute! Kauft fein viel! Doch zahlt das Geld  
 vorher.

Er sprach, und häufte Gold; durch Tropfen, Kräuter,  
 Pillen

Und seines Balsams Kraft den Kirchhof anzufüllen.

Kauft, Thoren! kauffet nur gewisse Todes = Pein,  
 Und ungeheuren Schmerz, um schweres Silber ein.

So macht es Z = = . Vier Pferde vor den Wagen;  
 Zwey Bursche hinten auf; das will was grosses sagen.

Ein lieblich = scharfer Blick, des Körpers Majestät,  
 Ein Mund, woraus ein Strohm von Milch und Ho =  
 nig geht,

Ein süßes Gegengift vor Buß = und Höllen = Schrecken  
 Verräth ein Grafen = Blut, und einen Bischof Steken.

Er lehret, was man will; Die Liebe geht durchs Loos;

Da wird das Grosse klein, da wird das Kleine groß:  
 Gebt acht! der Eifer wallt: Um seinen Freund zu preisen,  
 Trost er Gefahr und Sturm, bey vielen Heyden = Reisen.

Wohl! Hochgebohrner Held! Bollende deinen Lauff!

Und bau zu H = = ein rein = s Zion auf!  
 Du kauft, bringst Petersen das Himmelreich auf Erden,  
 Vielleicht bey deinem Freund ein andrer Fleury werden.

zc. zc.

zc. zc.

Certe nobiliss. Poëta non est ex eorum genere, ex  
 quibus cum Persio quæras:

*Quis expedit Psittaco suum Xäps?*

*Picasque docuit nostra verba conari?*

*Ingenii largitor venter.*

Etenim in Præfatione ait: Ich bettle ja weder  
 Brod noch Geld: Ich singe nur zur Lust und  
 Probe.

**Probe.** Excusat etiam, quanquam forte hac excusatione non magnopere sit opus, sili impuritatem & duritiem: Ist etwa die Mund-art unrein, und das Aeussere der Poesie hart, oder erzwungen: So will ich, als ein Schweizer, um Vergebung bitten. Unerbohrne Fehler in der Sprache lassen sich nicht überall ausrotten: Gute Gedanken sind das vornehmste. Habent interim hæc Carmina, quod vel Gotschedius, vel . . . , invideant.

